









1747. 1. Rechenberg, Carl Otto, Collegii juris seniori :
 Programma, quo ad Dr. Augusti B. Ackermann . . . nunciationem
 . . . celebrationem iurist.
2. Rechenberg, Carl Otto, Collegii juris seniori :
 Programma, quo . . . Christiano Ludovico Hieg-
 litzio . . . honores in jure summos . . .
 curatos indicat.
3. Aland, Georgius Werd : De statu hominum apud veteres
 Germanos. Disquisitio II.
4. Bauerus, Joann. Josephus, fac. jur. procancelarius :
 Programma, quo summos in utraque jure honores . . . abro-
 hano Gotthob Wincklero . . . conferendos indicat
5. Ingel, Mauritius Adreptus : De syndicato et ejus valde
 renunciatione.
6. Hausotter, Christ. Henr. : De inspecta Flori fide.
7. Hommelius, Ferdinandus Augustus, fac. jur. procancela-
 rius : Programma, quo solemnem inauguralem Mauriti
 Adrepti Ingelii . . . indicat.
8. Hommelius, Ferdinandus Augustus : De furto magno ejusque
 poena.

1747.

9. Kuestner, Abraham : De capitibus eorumque furtibus capitalibus punitendis simulque collegia aethiopia intimat.
10. Kuestner, Abraham : De poenae mutatione a principe et magistratu merum imperium habente simulque collegia hyberna intimat.
11. Kuestnerus, Abrahamus : De coronae doctorum opinione per locutionem et longum tempus factam utile transferenda diminuit.
12. Kuestner, Abraham Gottlieb : De justitia calculi intercurii Libnitiani simulque praedictio- nes suas indicit.
13. Kappius, Joannes Erhardus : De prooancellario facultatis philosophiae Lipsiensis Programma, quo ad remunerationem magistrorum (Christiani Gersp. Melhe- rii seq.) invitatur.
14. Kappius, Joannes Erhardus : Utrum signum palmae tumulis Christianorum adjectum certum

marlyrii sit signum, nec ne? Programma,
quo ad orationem memoriam Joannis Christiani
Geiv's sacram . . . invitatur.

15. Mencken, Godofredus Ludovicus: De jure accrescendi
vendita hereditate ad emptorem pertinente

16. Mencken, Godofredus Ludovicus: De actione Pauliana.

17. Mencken, Godofredus Ludovicus: De praesumptio-
nibus juris et de jure contrarii probatio-
nem admittentibus.

18. Pauli, Martinus Goltzius: De theoria et praxi
juridicae discordia.

19. Plazius, Antonius Goltzius: De munditie
affectatae incommo dis.

20. Rechenberg, facult. jurid. procuratorius: Programma,
quo Martini Goltzius Pauli . . . summos in jure
honores . . . indicat.

21. Richterius, Joannes Tobias: De impossibili conditione
contractum non vitiantem.

1777.

22. Richterius, Ioannes Tobias: *Selectiora juris principia.*
23. Richterius, Io. Tobias: *Selectiora juris principia*
24. Rivinius, Ioannes Florens, l. b. s. p. d.: *Programm.*
quo Disputationes publicae iurid.
25. Rivinius, Io. Florens, fac. iur. Secanus: *Programma,*
quo solennia inauguratoria Georgii Christophori Meyers
indict.
- 26²² Stieglitzius, Christianus Frid: *De internationalium*
actionum malis et poenis
27. Stieglitz, Christianus Ludovicus: *De iuribus et actio-*
nibus feodi titulo concessis.
28. Winckler, Abram Gottlob: *De sectae studio in iure*
publico imperii Romano-Germanici. Vop. I.

Carl Otto Reichenberg

1747/1.

27

ORDINARIVS

SENIOR ET RELIQVI DOCTORES
COLLEGII IVRIDICI

AD

DN. IO. SIEGFRIDI
ACKERMANNI

MERCATORIS LIPSIENSIS

CELEBERRIMI

MEMORIAM
PVBLICA ORATIONE

D. XXVII IANVAR. HOR. IX. AD X.

CELEBRANDAM

IN AVDITORIO PETRINO
LECTOREM BENEVOLVM

EA QVA DE CET HVMANITATE

INVITANT.

de quantitate censur emigrationis



III

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.]



Regale ius exigendi census emigrationis
 et detractus persecuturus, argu-
 mentum, quod huic scriptioni ser-
 uatum, antecedentibus hac de re
 commentationibus ante omnia aptandum est.
 Quum enim iustitiam fisci in mulctandis illis, qui
 ciuitatem mutant, et societati, cui se suaque omnia
 antea addixerunt, bona voluntarie subtrahunt,
 ex aequissima pensandi damni ratione monstra-
 rem, tum *personarum* tum vere *rerum* doctrinam
 binis ao. MDCCXLV. programmatibus delineau-
 i. Sed est *modus* quoque *in rebus!* et certi fines
 in hoc maxime iure, quod nonnullis odiosum vi-
 detur, tenendi sunt. Hos enim vltra citraque re-
 ctum consistere nequit. In hoc igitur *modo exe-
 quendi* illustrando *pretii*, quod exigitur, *aestima-
 tio*, ipsa eius *exactio*, et *transactiones* nec non *re-
 uersales*, quibus varie ius ipsum temperatur, ex-
 plicanda veniunt. Quanta inde bonorum por-
 tio ab iis qui domicilium mutant, aut haeredita-
 tis ac patrimonii partem in alia loca transferunt,
 relinquenda sit, extra retorsionis casum, aut lege,
 aut consuetudine cuiusque ciuitatis propria cau-
 tum est. Iure enim communi de hoc nihil edi-
 ctum; et si foret, rationibus probe subductis, quae
 cuique ciuitati propriae sunt, portionem illam au-
 geri, minui ac plane tolli posse ex autonomia re-
 rumpublicarum apparet. Docte igitur magis
 quam serio CUIACIUS ad PAVLI SENTENT.
 L. IV. tit. 6. pr. huius quotae vestigia ad exem-
 plum

IV

plum *viceſimae* retulit, quam Augustus ad belli sumtus ferendos indixerat, cuiusque vestigia in *l. 2. §. 44. ff. d. Orig. Iur. et l. f. pr. C. d. Edict. D. Hadr. toll.* profant. Praedia Metoecorum colonorum, qui iussu principis in aliam ciuitatem migrabant, fisco vindicabantur *l. 4. C. de iur. fisc.* tum ne daretur via redeundi ad Ciuitatem, a qua translati erant, tum quod in noua alia praedia ipsis adsignarentur. BRUNNEM. *ad d. l.* Inepte hoc ad nostrum argumentum protulit ZAHNIVS in *Polit. Municip. l. III. C. 12. §. II.* cum nostris moribus et coloniarum vsus deserit, et Metoeci coloni illi vtique existimandi non sint, qui libere se in alias regiones conferunt. Illa igitur census quantitas iusta videbitur, quae imperio ciuili status sui probe instituta aestimatione placuit, et centesimam quandoque, interdum quinquagesimam, vt et vicesimam imo decimam aut plane tertiam ex ANDR. RAVCHBAR. *Quaest. l. I. qu. 15. pr.* attingit. In hac enim definienda status ratio ab initio omnia suggerit; subsequenti tempore vsus et exemplum, quae necessaria sunt, supplet. At tamen in hoc magnum discrimen est, quod inter ipsam rempublicam, et municipales vrbes aut magistratus territoriales intercedit. Prouti enim illius arbitrio vbique liberum est ipsam quantitatem, priusquam casus existat, intendere, ita inferiores magistratus vltra punctum illud, quod privilegio aut indulgentia concessum et consuetudine firmatum est, censum porrigere (nisi retorsio-

nis

V

nis iure in exterōs a. Dec. Nou. V. d. Ao. 1746. contingat,) nequaquam poterunt. Iuris quoque analogiae maxime consentaneum est, in computanda quantitate aes alienum prius deducendum esse, quod nullum patrimonium nisi hoc subtracto intelligatur, et discedens debiti proprii solutione nihil reipublicae subducat. BERLICH. *Concl. 85.* SCHEPLIZ. *ad Consu. March. P. 3. t. 81. 12. n. 2.* Quod et omnia bona fide agi quemuis deceat, in aestimandis bonis, ut quota ex his statuatur, verum pretium illius temporis, quo exigitur, spectandum est. Licet enim in laudemio, si per venditionem res distracta sit, quantitatem pecuniae quae intercessit, in illo vero, quod ob euentum mortis soluitur aestimationem, quae vltimae alienationis tempore fuit, in dubio teneamus MENCCKE *Th. et Pr. Pand. ad tit. 3. l. VI. §. II.* FRANZK. *de Laudem. c. 23. §. 37.* in hoc tamen censu res se aliter habet. In laudemio enim tanti res aestimata videtur, quanti pro acquisitione illius emtori abest, qui ex hac summa in recognitionem directi domini illud praestat: in gabella vero non emtor, sed venditor hanc exsoluit pro eo, quod discedens voluntarie dimittit. Ad haec maior in hoc censu publicae rei fauor, quam in laudemii lucro apparet; quae, si verum et fundamentum rei spectes, de damno vitando laborat. Fidem igitur fallere in his graue est, qui vel patrimonii substantiam plane subducunt, vel simulatione aliisque artibus ad minuendum censum abutuntur. In ipsa proinde *ex-*
actione

VI

actione eiusmodi dolum reprimi posse, nec praeter rem, existimauit SICHARD *Consil. feudal. 5. P. 4. pr.* KNIPSCHILD *d. Iur. Ciuit. Imperial. l. II. c. 21.*, vt si ciuis emigrans in aestimatione quaedam reticuerit, vel minoris inique aestimauerit, reipublicae integrum sit aestimationem offerre, Daß als denn die Obrigkeit solchen Anschlag erlegen, und demselben, so sein Vermögen dermaßen geschäset, also auflösen und die Güter zu Händen ziehen möge: quod ipsum, si durius nonnullis videatur, vel iurata discedentis specificatione, vel taxatione legitima praecedente declinari posse, fas est. Cum autem indefinite haec detractio debeat, patet inde statim illam peti posse, maxime vero priusquam familia, haereditas aut ipsa bona auhantur, et quam diu ius illud redemptum non est, discedentes, non secus ac caeteri ciues publicis oneribus adhuc subiacent, eorumque bona obligata manent. MEVIUS inde ad *Ius Lubec. l. I. tit. 2. art. 2. n. 78.* colligit iniuriam recedentibus non fieri, etsi per multos annos iam abfuerint, et domicilium alibi constituerint, si ad residuam pensitationis partem compellantur, donec hoc nomine satisfecerint, et solutione facta demum sint dimissi: Si diutius negauerint, aut metus fugae vel amotionis rerum clandestinae subsit, media illa optimo iure obtinent, quae in exigendis aliis praestationibus fisco et ciuitatibus competunt. Arrestis igitur, retentionis iure, nec non parata executione, si liquidum adsit, agi posse MEVIUS *l. c.* et GAIL. *d. arrest. c. f. n. 12.* non dubitarunt. Mitius tamen

tamen cum discedentibus quandoque agitur *trans-
actione* intercedente. Haec contigit, si vel cum ipsis
emigrantibus, aut auhentibus bona ineatur, vel
cum illo magistratu et ciuitate, quo teridunt, aut du-
dum et antecedenter sit conclusa aut casu demum
existente perficiatur. Cum enim quilibet iuri pro se
introducto libere possit renunciare, dubio itidem
caret, hoc quoque nomine transigi posse. Saepius
igitur accidit, vt per auersionem quasi cum eiusmo-
di publico debitore paciscamur, ne per manifesta-
tionem exactam facultatum priuata et domestica
eius res prodatur, et vt taxationum difficultatibus, et
fraudibus innumeris prope occurratur. Nec infre-
quens est, vt magistratus et respublicae, maxime si
vicinae et amicae sint, hoc consilio pactis antece-
dentibus rigorem in emigrantes temperent, suis-
que ciuibus aut subditis libere discessum in quae-
dam loca permittant, ad peregrinationum, com-
merciorum, matrimoniorum, haereditatum com-
moda promouenda. Sed et iis in locis, in quibus
nihil de immunitate discessus antea cautum est, con-
uentionibus, si occasio ferat, detractio remittitur,
datis quippe reuersalibus a magistratu noui domi-
cili, quibus se simili casu existente nihil detractu-
rum promittit. Has quemadmodum prudentia
primum suadet, ita in formulis consilium dirigit;
quod omnes reuersales, vtpote in effectu renun-
ciationes, strictissimae sint interpretationis, nec vl-
tra verba expressa ad similia, aut ad alia loca alias
personas, aliasue res possint portendi. Hae legem
deinde

VIII

deinde dant iis casibus, qui post longa tempora in *simili* vt aiunt, eueniunt. Cum autem haec omnia et quae alia circa taxationem, professionem bonorum, exequendi modum, transactiones et reuersales infinita prope formari possunt problemata ex Iuris domestici analogia sint explicanda, huc de cisionem singulorum casuum in specie adferre alienum prorsus ab instituto existimo, quo originem saltem, iustitiam et formam singularem, quam hic census induit, monstrare volui. Ad alterum igitur eiusdem iuris fundamentum, quae *retorsio* est, iam accedendum erit, vbi occasio publicum eiusmodi praefamen de nouo imperabit.

In praesenti enim publicus adhuc honos diei onomasticae B. ACKERMANNI, mercatoris, dum viueret, celeberrimi habendus est. Pluribus illum comita oratione DN. FRIDERICVS HENRICVS MYLIVS *Lips.* die XXVII. Ian. hor. IX. ad X. in nostro Auditorio prosequetur, et grata mente memoriam B. defuncti depraedicabit, quod huius liberalitate etiam post fata ad praecleara quaeuis excitatur. Vt igitur publicae declamationi RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, ILLVSTRISSIMI COMITES, ac vtriusque Reipublicae Proceres Grauiissimi, nec non Generosissimi et Nobilissimi Academiae ciues praesentes faueant, nos qua par est obseruantia rogamus. Dab. Domin. III. post Epiphan. M DCC XLVII. Lipsiae.

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

Leipzig, Diss., 1747

29 Stk

ULB Halle
007 231 962

3




Sb

W 18

W 18/ka 12







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches
Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Carl Otto Reichenberg

1747/1.

27

ORDINARIUS
ET RELIQUI DOCTORES
ILLEGII IVRIDICI

AD

O. SIEGFRIDI
CKERMANNI

TORIS LIPSIENSIS
CELEBERRIMI

EMORIAM
ICA ORATIONE

VII IANVAR. HOR. IX. AD X.
CELEBRANDAM

VDITORIO PETRINO
REM BENEVOLVM

RYA DECET HVMANITATE
INVITANT.

te censur emigrationis

